Index Operarum, In Academia Christian-Albertina, Proximo Semestri Spatio Absolutarum, Et Hoc Æstivo Tempore Usqve Ad Festvm Diem Michaelis MDCCLV. Impendendarum

Terms and Conditions / Publikationserlaubnis

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel" zu zitieren.
Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel" als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.
Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

Terms of use for the Digital Collections

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.

Publication regulations
Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library's consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient's obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line "Kiel University Library".

When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library" is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.

Contact:
Universitaetsbibliothek Kiel
Leibnizstr. 9

24118 Kiel
Germany
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de

rchiv
IV
72

Archiv IV 272-3
Fich 591-3
A Fich 591-3

Indices lectionum
Kilonensis
1750/51 - 76
Bd III

10

INDEX OPERARUM,

IN ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA, PROXIMO SEMESTRI SPATIO ABSOLUTARUM,

ET

HOC ÆSTIVO TEMPORE USQVE AD FESTUM DIEM MICHAELIS MDCCLV. IMPENDENDARUM.

KILIÆ, LITTERIS GOTTFRIED BARTSCHII,
ACAD. TYPOGR.

0.55

EX ORDINE THEOLOGICO.

D. GVSTAVVS CHRISTOPHORVS HOSMANN, Conſil. in Supremo Conſiſt. et eccleſiar. ſcholarumque Gen. Superint. SS. Theol. Prof. primarius, et ordinis ſui h. t. Decanus, exacto pentecoſtali hocce tempore, quippe quod eccleſiaſtici ſui muneris rationibus impendat neceſſe eſt, publicis praelectionibus Epitomen Formulae Concordiae explicabit; eoque negotio pro eo ac par eſt expedito, ad euoluendas explanandasque recentiores controuerſias ſine mora adgredietur. Priuatim, quantum valetudinis conditio permiſerit, notitiam dare conſtituit ſcriptorum eccleſiaſticorum, qui Patres nominantur. Docet publice ab hora IV.

IVSTVS FRIDERICVS ZACHARIAE, ordinis theol. et linguar. orientis prof. quam ſuperiori ſemeſtri priuata opera incepit tradere, theologiam, quam vocant, theticam, omni, qua fieri poterit, diligentia continuabit: praeterea vero, vt alteri quoque muneris parti ſatisfaciat, interpretationibus publicis pſalmos Dauidis illuſtrabit eo quidem vſurus inſtituto, vt ſanctioris diſciplinae ſtudioſos ſimul in linguarum ſacrarum ſtudio exerceat.

D. AMANDUS CHRISTIANUS DORN, Academiæ PRO-CANCELLARIUS ſtetit promiſſis & proximo ſemeſtri ſpatio *privatim* hora VIII. & II. doctrinam *Pandectarum* LUDOVICIANAM, *publice* vero hora III. *jura feudorum* duce MASCOVIO expoſuit. Quas prælectiones & illas quidem ſingulis diebus iisdem horis, has vero hora XI. diebus Mercurii & Saturni continuabit, *privatis* adhuc ſcholis eas ad Elementa juris civilis ſecundum ordinem *Inſtitutionum*, præeunte HEINECCIO, hora III. & diebus Mercurii & Sabbathi hora IX. additurus.

IO. GVIL. GADENDAM, D. et P. P. O. ICt. Ord. h. t. Decanus, abſolutis, quibus cum ad finem properat, iurisprudentiae vniuerſalis praeceptis, commilitonum ſtudio in explicandis legum ciuilium libris ſubueniet, praeter eaque iurisprudentiam forenſem cum actorum pertractatione practica explanabit.

CAR. FRID. WINKLER, D. lectiones *publicas* in textum *Inſtitutionum Imperialium* ſtrenue perſequendo ad finem perducet. *Iurisprudentiae vniuerſalis* campum aperiet denuo, hancque diſciplinam, ſine cuius cognitione ſolida reliquarum iurisprudentiae partium ſcientia valde frigeſcit, docebit hora X. *Ius publicum* I. R. G. duce ILL. SCHMAVSSIO hora VIIII. tradet ita, vt proponenda ex recentioribus iisque exquiſitiſſimis exemplis maiorem lucem ſemper accipiant. Neque deerit iis, qui diſputando vires ſuas exercere cupiunt.

EX

EX ORDINE MEDICO.

GOTTL. HENR. KANNEGIESSER, D. Cæſareæ Celſitudinis Conſiliarius Juſtitiæ, ordinis ſui primus Profeſſor, nec non academiæ Imperialis Leop. Franciſc. N. C. Collega, ſemeſtri elapſo, *pathologiae* parti generali finem impoſuit; eoque moderante, diſſertationes, medico legalis, de *aetatibus*, altera, de *ſalivae efficacitate*, ad publicum examen ſunt propoſitæ. Per ſemeſtre æſtivum, ad *pathologiae* partis ſpecialioris pertractationem ſeſe accinget denuo. Prælectiones vero publicas, *rei herbariae* dicare perget. Docet ab hora ante meridiem VII.

FRIDERICUS CHRISTIANUS STRUVE, D. ordinis ſui jam Decanus magiſtratu academico abiens de *neceſſaria morborum cognitione* verba fecit: Prælectionibus præterea, quibus vires et facultates remediorum e regno minerali et animali provenientium explicuit, finem impoſuit. Per æſtivum hoc ſemeſtre *therapiam generalem*, ſeu leges, ſecundum quas ſolida morborum curatio ſuſcipienda, exponet. Hiſce ſtudiis exercitia inſimul diſputatoria in uſum Philiatrorum adjungere decrevit. Plura deſiderantibus lubentiſſime inſerviet.

EX ORDINE PHILOSOPHICO.

IO. CHRISTOPH. HENNINGS, PHYS. ac METAPH. PROF. P. O., h. t. ORDINIS PHILOS. DECANUS, *publicas* operas ad PSYCHOLOGIAM EMPIRICAM ſiue doctrinam de anima, quantum de ea experientiae ductu conſtat, explanandam conferet ab hora

XI.

XI. *Priuatim* vero ab hora X. PHYSICAM ſ. naturalem ſcientiam edocebit eamque, vt plurimorum conſulat vtilitati, ſecundum delineationem Wincklerianam in inſtitutionibus mathematico-phyſicis; qua quidem ratione non ſolum matheſeos elementa praecipua ad rectiorem naturae cognitionem plane neceſſaria ſimul tradet, verum etiam primaria experimenta ſenſibus comprehendenda ante oculos exponet eorumque rationes commonſtrabit ſedulo. Nec in reliquis, quae ad muneris ſui partes pertinere videbuntur, honeſtis diſcendi cupidorum deſideriis defuturus eſt vnquam.

SEBASTIANVS KORTHOLTVS, Academiae Senior, Philoſ. primarius, et Eloq. ac Poet. Prof. ordin. praeterito ſemeſtri ſpatio die CAELI PRINCIPIS natali publicauit commentationem quae inſcribitur: Ermahnung an die alhier Studirenden, den ewigen Frieden, womit der an dem heutigen Tage gebohrne Weltheiland die Menſchen begnadiget, erbaulich zu betrachten. Nomine etiam publico die CAESAREI PRINCIPIS noſtri natalitio ſollemnem habuit orationem: de cognomento PATRIS PATRIAE, aliis Principum elogiis merito anteferendo. Proxime feſto die Paſchatos edidit ſcriptionem cuius index: Die Gewiſsheit der Auferſtehung unſers Seligmachers, wie ſolche von allerhand unwiderleglichen Zeugen aufs allervolkommenſte dargethan und bekräftiget worden. Nunc ſimul atque ex incommoda valetudine emerget, librum HEINECCIANVM de ſtilo cultiori, qua coepit ratione nouis notationibus ſuis illuſtrare, et deſideriis nobiliſſimorum auditorum ſuorum ſatisfacere haud deſiſtet.

FRI-

FRIDERICUS GENTZKE, Philoſ. ration. moral. & civilis Profeſſor Ordinar. ac convictor. Ducal. Inſpector abſolvit *Phyſicam* & *ſapientiæ* ideam, eſtque in tradenda *Juris naturæ* ac *logicæ* doctrina occupatus. Docet hora ante meridiem Xma.

FRIDERICVS KOSIVS Mathem. P. P. per functus exercitiis geodaeticis proxime inſtitutis, atque inde ad Mechanicam progreſſus; partem hujus proprie ſic dictam potiſſimum tractavit, nec ita pridem abſolvit. Dum in hoc fuit; elementis Geometriae duplicem ſimul impendit operam, et alteram dudum exegit, alteram mox perficiet. Suſcepit interim munus Pro Rectoris, quod pro more auſpicatus eſt oratione quadam publica, atque hoc ſemeſtri ſpatio adminiſtrabit. Ita neceſſe quidem habebit Academiae negotia publica, poſthabitis aliis, curare: non tamen idcirco conſtituit, ut liceret, in docendi ſcholis prorſus ceſſare; ſed, quoad poterit per munia magiſtratus, conſulere ſtudebit cuivis, qui ſincero ſcientiae ſtudio inſtitutionem ſuam requiret.

D. PHILIP. FRIDERICUS HANE, in publicis ſuis recitationibus per elapſum ſemeſtre *hiſtoriam Pontificatus Romani*, quam duce Cel. *Keuffelio*, Helmſtadienſium Profeſſore, in edito peculiari & pragmatico prorſus hujus argumenti libello, tradendam in ſe receperat, ita omnino exegit, ut hoc ſibi deſtinatum penſum juſto etiam tempore abſolverit. Nunc ad *hiſtoriam litterariam*, pro more modoque ſibi dudum recepto, publice pertractandam ſe accinget: de laboribus *privatis* non multum habet, quod polliceri poſſit, cum id Honoratiſſ. Commilitonum potius eſſe arbitretur, ut

operam

operam & induſtriam ſuam, quæ illis præſto futura eſt, in his provocent. Docet publice ab hora IX. ad X.

IOH. DE POLETYKA, D. Profeſſ. Med. publ. extraord. et Facultatis Medic. Adiunctus, Munus Profeſſionis ab optimo Principe ſibi clementiſſime demandatum auſpicaturus, praelectiones ſuas ſupra Magni BOERHAVII *inſtitutiones medicas* aggredietur eo conſilio; vt iis, quibus ſolidiora huius artis noſtrae Reformatoris principia et fundamenta, in vniuerſa fere literata Republica communi applauſu recepta atque probata, addiſcere volupe fuerit, ſiſteretur occaſio. Primam igitur in commentando ſupra doctrinam de morbis, *Pathologiam* vulgo dictam, impendet operam; quam vt et alias medicinae partes inſtitutionem ſuam efflagitantibus commilitonibus nobiliſſimis fideliter et debita cum aſſiduitate exponere non deſiſtet.

25. Juli 1960
4. APR. 1962
11. JULI 1962
5. NOV. 1962
22. FEB. 1964
APR 1966

Universitätsbibliothek Kiel
8$0 00 242 590 4

25. Juli 1960
4. APR. 1962
11. JULI 1962
5. NOV. 1962
22. FEB. 196
APR 1966

IOANNES DI[illegible] S MELLMANN D. in ſcholis *publicis* iura nobili[illegible] [illegible]icae praeſertim auitae illuſtrabit; in *privatis* vero iu[illegible] [illegible]um privatum ductu libelli SELCHOVIANI tradet, & [illegible] ICti compendium iuris Publici Imperii Romano-Germ[illegible] [illegible]que in Illuſtris BOEHMERI ICti Göttingenſis principia [illegible] [illegible]ici ſeu potius Eccleſiaſtici publici ac privati comme[illegible] [illegible]eque iis deerit, qui forſan ſingulares praelectiones [illegible] [illegible]ecenſia & Saxonica, quippe quae inſignem iuris Ho[illegible] [illegible]m conſtituunt, cupiant.

EX O[illegible] MEDICO.

D. GOTTL. H[illegible] [illegible]NEGIESSER, Academiae Senior, Ordinis ſui Pr[illegible] [illegible]rius, nec non Academiae imperialis N. C. Adjunctu[illegible] [illegible]ſtre aeſtivum, oeconomiam hominis vivi & ſani, ne[illegible] [illegible]orbis, horumque differentiis & cauſſis doctrinam ex[illegible] [illegible]ocet ab hora matut. VII.

FRIDERICVS [illegible] [illegible]NVS STRVVE D. ordinis medici hucusque D[illegible] [illegible]n tradenda *Oeconomia animali* humana adhuc occupat[illegible] [illegible] illuſtratione propediem ad finem perducta, ad rem[illegible] [illegible]trinam ſe conuertet, in qua ampliſſimum *materiæ*, ſi[illegible] [illegible]*æ* theſaurum, omnemque in officinis pharmaceuticis [illegible] [illegible], tam ſimplicium, quam præparatorum & compoſitor[illegible] [illegible]inum farraginem commentationibus ſuis illumina[illegible] [illegible]otanicas etiam ſcholas, demandatæ ſibi provinciæ ſ[illegible] reuertetur, in iisque uberrimam Floræ noſtræ ſege[illegible] [illegible]tiſſimis Commilitonibus coram exhibebit, theoriam [illegible] [illegible]tiæ ad ductum theſium ſuarum, non neglecto oecon[illegible] [illegible]rum uſu, explanans. Quod ſi etiam fuerint, qui *Bota*[illegible] [illegible] ſaltuariam applicata (Forſtbotanik) imbui aueant, ii[illegible] [illegible]one ſua non deerit.

IO. FRID. ACKE[illegible] D. Med. & Phyſ. P. P. O. Fac. Med. h. t. *Decanus*, *pu*[illegible] [illegible]*a diaetetica*, de tuenda valetudine,